



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1682. usque ad annum 1690

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 90119231

§. 79. Cardinales Conclave ingressi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67608)

Sæc. XVII.
A. C. 1689.

§. LXXIX.

Cardinales conclave ingressi.

Justis de more persolutis quantocius *Hist. concl.*
 Cardinales tum Roma absentes ad *Theatr. Eu-*
 Sacra comitia pro eligendo Successore *rop. tom. 13.*
 evocati fuere, ac paulo post Livius Ode- *pag. 981.*
 scalchius defuncti Pontificis Nepos ab
 Imperatore in Romani Imperii Princi-
 pem eo fine promotus est, ut Romanæ
 Ecclesiæ Urbis ac Conclavis Protector,
 & supremus militiæ Præfectus nomi-
 nari potuerit: His ita dispositis Cardi-
 nales numero quinquaginta duo die
 vigesima tertia Augusti Conclave in-
 gressi sunt, ubi re Divina solemni ritu,
 peracta, habitaque de subrogando Pon-
 tifice perelegant oratione Dux de Chau-
 nes novus Ludovici XIV. Galliarum
 Regis Orator per Franciscum Cardina-
 lem Bullionium palam declarabat, quod
 asyli jus, quod in Palatio Lavardinus
 hucusque sibi vendicaverat, neutiquam
 usurpare, sed in perpetuum hoc jure
 se abdicare, a Rege suo jussus esset,
 insuper etiam literas Purpuratis tradi-
 dit, quibus Rex exposuit, Protestan-
 tes una omnes in Catholicæ Religionis
 excidium jurasse, proin & iniquis æ-
 que ac violentis eorum consiliis obviam
 iretur, ac imperterrito quodam Ecclesiæ
 Capi-

Sæc. XVII. Capite supremo res Christiana quam
A. C. 1680 maturissime indigeret: Aderat etiam
 Liechtensteinius Princeps, qui Cæsaris nomine Purpuratos itidem ad maturandam electionem hortabatur. Postea Cardinales varias condidere sanctiones, quas se in hisce comitiis servaturos, interposita juramenti religione spondebant, atque inter alia statuebant, nullum in Pontificem esse creandum, nisi plusquam a duabus Collegii partibus in comitiis eligeretur, proin ex sexaginta suffragiis solus quadraginta & unum haberet: Inde vero ortum, ut ab initio haud satis inter Purpuratos convenisset. quis ceteris præstantior ad hanc dignitatem evehendus esset, paulo post tamen conciliatis plurium animis, & præsertim Altierii & Chigii Cardinalium opera & consilio Cappuzichius tot Purpuratorum animos, voluntatesque sibi devotas habuit, ut non nisi tria ei deessent suffragia. Ginetto autem populus Romanus adeo favebat, ut illum jam quasi electum Pontificem proclamaret.

§. LXXX.

Petrus Ottobonus assumpto Alexandri VIII. nomine in Papam electus.

Post